



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Concordia. Pia Et Vnanimi Consensv repetita Confessio  
fidei & doctrinæ Electorvm, Principvm Et Ordinvm Imperii,  
atq[ue] eorundem Theologorum, qui Augustanam  
Confessionem amplectuntur**

**Lipsiæ, 1606**

III. Articulus, de Collegijs Canonicorum, Cathedralibus, & monasterijs.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-35443**

n cœlis: tamen inde non sequitur, Angelos & Santos à nobis esse inuocando, adorando, ieiunijs, ferijs, Missis, oblationibus, templorum, altarum, cultuum fundationibus, & alijs modis honorando, ut patronos & intercessores, & vni cuique eorum certa auxilia esse tribuenda, vt Papistæ docent & faciunt. Hoc enim Idolatricum est, & hic honos soli Deo tribuendus est. Potes quidem, vt Christianus & sanctus in terris pro me orare, non in vna ratiōne, sed in omni necessitate, propterea autem non debeo te adorare, inuocare, ferias, ieiunia, oblationes, Missas in tui honorem & cultum celebrare, & fidem ad salutem meam tibi mancipare, cūm alijs modis te honorare, diligere, & tibi gratias agere in Christo possim. Hic ergo idolatricus cultus de Angelis & defunctis sanctis si sublatuſ fuerit, reliqua veneratio periculo carebit, & citò obliuioni tradetur. Vbi enim spes commodi & subsidi corporalis & spirituālis adēmta fuerit, ibi cultus sanctorū facile evanescet, siue illi sint in sepulcris, siue in cœlis. Frustra enim, aut ex mera caritate, nemo ipsorum facile recordabitur, nec eos colet & honore diuino afficiet.

Summatim: Quidquid Missa Pontificia est, & quidquid habet, quod ex ea natum est, & quidquid ei adharet, id vniuersum ferre non possumus, sed damnare cogimur, vt venerandum sacramentum, purum & certum, secundum institutionem Christi, per fidem usurpatum & acceptum, retinere possumus.

### III. Articulus, de Collegijs Canonorum, Cathedralibus, & monasterijs.

**C**OLLEGIA Canonicorum & cœnobia, olim optima intentione maiorū fūdata, ad educando viros doctos, & castas ac modestas foeminas, debebant rursum cōuerti in talem usum, vt pastores, con-

cionatores, & alij Ecclesiarum ministri habeti posse  
item, alij idonei ad politicam administrationem, in  
ad rem publicam, in ciuitatibus & regionibus, ut  
educatæ virgines ad œconomiam & liberorum educa-  
tionem, &c.

Hunc usum si non retineant, consultum est, ut vni-  
deserantur, aut diruantur potius, quam ut idolatrie  
cultibus & figmentis hominum propagata prese-  
tur Christianæ vitæ, & à Deo mandatis officijs & vo-  
cationibus. Hæc enim omnia pugnant cum præ-  
principali articulo de Redemtione, facta per Iesum  
Christum. Quid, quod, sicut alia hominum somnia  
non sunt præcepta, non necessaria, non utilia, sed pen-  
culosa, & causam præbent vano labore, molestijs pen-  
culosis, & cultui insfrugifero, quem Prophætæ appelle-  
lant Auen, id est, dolorem & laborem.

#### *IV. Articulus, de Papatu, docet,*

**Q**uod Papa non sit iure diuino, seu secundum re-  
sum Dei caput totius Christianitatis (hoc eum  
nomen unius & soli Iesu Christo deberur) sed tan-  
tum Episcopus & pastor Ecclesiæ, quæ est Romæ, & co-  
rum, qui voluntarie, & sponte, vel per humanam crea-  
turam, id est, politicum magistratum, se ad eum con-  
serunt, non ut sub ipso, tanquam sub Domino vivant  
sed ut cum eo tanquam fratres, collegi, sodales, &  
Christiani sint, quemadmodum hoc ipsam vetera Con-  
cilia & ætas Cypriani ostendunt.

Hodiè vero nullus Episcoporum audet Papam in-  
minare fratrem, ut ætate Cypriani factum est, sed ope-  
ret, ut Episcopi, imò Cæstares & Reges, Papam appelle-  
nt Omnium Gratiosissimum Dominum. Hanc am-  
pliæ bona conscientia nec volumus, nec posse-  
mus, nec debemus probare. Qui vero se ei subiace-  
voluerit, faciat id suo periculo sine nobis.